

Celeberrimo Viro

P. J. LONGOLIO

S. p. d.

Küsterus

Gratias tibi ago, Vir Celeberrime, quod doctas tuas de urbe  
 Vestrae <sup>comentatione</sup> mecum communicare  
 non dedignatus es. Doleo autem,  
 unam alteramque plagulam deficiere.  
 Notavi igitur sub finem epistolae  
 ea, quae desiderantur, tuam  
 hac in re operam implorans, atque  
 supplementum. Perplacent sane,  
 quae multo studio congesisti,

et nullus dubito, TE hanc parvam  
ab aula Baruthina gratiam initi-  
rum. Si plagulas, quae deficiunt,  
abs IVA benevolentia impetrave-  
ro, in conventu Regiae Academiæ,  
simulac ordo recitationis me tan-  
git, schediasmata illa recensebo.  
Ita vale, Vir Celeberrime, et Plas-  
senburgensi tabulario ad illustran-  
dam Historiam Brandenburgicam  
feliciter utere. Dat. Berolini a. d.  
IX Kl. Oct. anni tabentis chs b cexlvi.

Habeo

1 Curiam Regnitianam nullo iure Vari-  
seorum cognominari, & ad E incl.  
Si plures plagula fuerint, eas  
a littera F mecum communicari  
peto

2 Prohusionem disp. de Curia Regni-  
tiana a, b, c, Littera vero d  
desideratur, et quum pagina  
ultima sit 29, desiderantur  
paginae 25 ad 32 incl.

Litteras e usque ad L incl. <sup>ex</sup> libera-  
tate tua habeo.

Nisi fallor, memini me legere in schedi-  
asmatibus tuis, TE de arte typogra-  
phica aliquid edidisse. Huius quoque  
libelli, et aliorum, quae praeter disp.  
de Alberto, historiam Albertini, et  
incendiorum edidisti, exemplum peto.